 simplex est non habet fel:z rostro ludit cu pa-  
 lumbis nullum animal ledit z alis se defendit z  
 semper quando comedit grana accipit meliora z  
 libenter stat iuxta aquas: ut accipitrem preuisa in  
 aquis umbra declinet z aquis se crebro irrorat z  
 cantus suus est quasi gemitus gregatim volat: in  
 petris nidificat fecunda est: pullos alienos nutrit:  
 vt suos. Circa contemplatione dabitur. Tria do-  
 cumenta:z sermo hic tanget istos: qui ad viam be-  
 ne vivendi peruenierunt:z docebo aliqua ex par-  
 te contemplari:z modos contemplandi. Primum  
 documentum est. Altiora te: neque sieris:z fortio-  
 ra te ne scrutatus fueris: sed qd precepit tibi Deus  
 illa cogita semper z in pluribus operibus eius:  
 ne fueris curiosus: inquit sapiens. Omnis con-  
 templans teneat suam mensuram: quia secundum  
 Salomonem: scrutator maiestatis opprimetur a  
 gloria. Fortiora tuo ingenio: tua gratia: patet  
 exemplo eorum qui volunt scire futura contin-  
 gentia: z hominum secreta cordium. Illec nem-  
 pe sunt in mente trinitatis. Notandum est secun-  
 dum Dionysium qui post sacram scripturam ex-  
 cellentius omnibus scribit: qd Deus est esse om-  
 nium: id est causa omnium: z Damascenus dicit  
 qd hoc esse divinum est pelagus substantie infini-  
 tum: id est substantie infinite non determinate: sicut  
 esse nostrum: quod est determinatum patet enim  
 in sigillo: si non esset in aliqua materia: sed esset se-  
 paratum: z sigillares multa dices enim istud  
 sigillum non est determinatum: s; cu determinatum  
 z finitum cu est in materia sic in esse diuino: qd  
 esse omnium: quibus dat esse. Alicui autem dat  
 esse perfectius: z alicui minus perfectum. Sicut in  
 plantis z elementis: que sunt determinata sigilla.

Alber-  
 tus de  
 aialib  
 Colu-  
 be na

Tria  
 docu-  
 mēta d  
 ptepla-  
 tione  
 Docu-  
 mentū  
 primū.  
 Eccl. 3.  
 pro. 25

diony-  
 s cel. hi  
 er. c. 4.  
 Deus  
 qd sit  
 dama-  
 scenus  
 s. Tho.  
 prio se.  
 di. g. q.  
 1. ar. 1.  
 2. 2.  
 Tria  
 pte . q.  
 7. ar. 1.



## Sermo Octau

Et ideo si velles dare huic . . . . .  
ses: nisi per corruptionem prioris esse dato quod esses  
Angelus. Item abesse procedit virtus operadi:  
ita quod in uno potest: quod non in alio : quod et sic deter-  
minatum: patet in terra: que sicca cum sit: aliter esse  
non potest seruato sigillo. i. ordine sui esse: sed so-  
lus Deus potest omnia. Unde visus est ita deter-  
minatus ad coloratum quod non potest cognoscere  
sonum et c. et similiter intellectus noster creatus non  
potest venire in cognitionem Dei seruato gradu  
et ordine sui esse: et maxime ad cognitionem quod quid  
est Dei: sicut peruenit in patria celesti: ubi per lu-  
men glorie: seu per se videt Deum manifeste volu-  
tarium obiectum: ubi magis et minus iuxta me/  
suram luminis: secundum diuersos charitatis gra-  
dus et secundum diuersas hierarchias et c. d'iuina  
essentia: et que in ea videtur: perspiciuntur: secundum  
dum quod placet Deo . Sic etiam in cognitione  
sacre scripture: et in alijs conte*an*plare: circa ora-  
tiones extendere se deus unusquisque quantum gra-  
dus sua dicat contemplatio quoque diuinorum  
vult esse dulcis: quatenus inducit te deus nec scru-  
tari debes secretas: sed si deus tibi manifestat ali-  
quid: sint oia penes te secretissima: nisi cognoscas  
velle dei: ut ipsa alijs referas. Secundum documetu:  
ut ante oia attendas: et scias te in spiritu orandi et  
contemplandi perseverare. Aliqua eni sunt querenda:  
scilicet que faciunt ad interioris hominis perfe-  
ctionem: et proximi edificationem: ut cognitio bo-  
nitatis iusticie potentie et sapientie dei: et proprie-  
tatis infirmitatis: virtus humilitatis: patientie: et cha-  
ritatis augmentum: donum fidei pietatis per-  
uerantie et c. et in hoc fuge apparentias quantum  
possibile est. Aliqua rursum querenda: id est que  
dubia sunt: aut que sunt in expressum anime peri-

Docu-  
mentū  
scđm

tum: ut precatr. gratia: aut miracula faciē/  
di: z dignitates ecclesiastice: z in his committit te  
deo: ne si temere presumptū fuerit: dicat tibi deus  
nescio vos: zc. In ihs vero que ad dei z tui ipsius  
cognitioneſ faciunt te exercerere: quia hoc valde  
utile. Ideo dicit Aug. nouerim te deus meus: no  
uerim me oratuſ est zc. Te insuper odio habebis:  
abstinentijs macerādo quelhuius cum deo habē  
di cōmertiū causa inuete sunt ab Anachoritis zc.  
Et sic deum amabis super omnia intensius z ex  
tensius que est summa totius vite spiritualis. Et  
dimisa scientia discursua. s. z ratione terminoruſ  
evidente: vacabis contemplationi: que consistit in  
firione: q̄ assimilatur lumini supernaturali eter  
nitatis. Luius quidem cognitionis gratia habe  
bis preoculis cognitionem proprie fragilitatis:  
omnium detrimentorum huius mundi considere  
rationem inferni. Inde orietur tumor: contritio:  
confessio: zc. Ec. videberis tibi notabiliter alle  
uiari. Et hic est ille coruus albus: cui cum aliquā  
lachrymulam dat deus: quasi pascitur rore. Hic  
crocitat sibi vilesens considerans q̄ sine dei au  
xilio facere aliquid non valet. Et ad perfectū ten  
dens: virtutes congregat: z pennas mutat virtu  
tes quibus volare possit assumens: quas sub hu  
militatis z mortificationis nigredine conseruat.  
Deinde efficeria accipiter: z iam facto humilita  
tis fundamento flabit austus. s. spiritus sanctus:  
z a solis iustitie calore: in contemplatione reno  
vabuntur penne affectum: z effectum: amore: cō  
modi z utilis expulso. Tria accipies a patre. s. po  
tentiam resistendi: a filio sapientiam eligendi z cō  
sulendi secundum præordinationem superiorez:  
a spiritu sancto amorem ad deum z proximi sa  
lutem in quo non progredi est retrogradi. Ideo

Augu'.

Coru<sup>o</sup>  
spūalisAccipi  
ter spi  
ritualis

## Sermo Octo.

op̄et ut tantum profici. ut contempiātū  
ut efficiaris. Et quia que nil ī imperfectionis ha-  
bet:qua intelliguntur perfectissimi viri: qui omi-  
nino a terrenorum amore avulsi sunt: et in diui-  
no fixi:ut dionysius qui se fixit ī illis hierarchijs  
ut familiaritate angelorum p̄outus illuminaret  
in diuinorū cogniuone: et beatitudinis lucis in-  
finite. De talibus dicit Job: n̄t̄ quid ad preceptū  
tuum eleuabitur aquila. Id est credis q̄ idustria  
humana fieri possit: q̄ isti tantum eleuentur a ter-  
renis in diuinorū contemplatione sublimes: q̄  
humanarum tribulationum diluui non patiat̄  
tur? Quasi dicat. Mon. Quia hoc est impossibile  
humano ingenio: et naturali ratione. Quia opus  
est purgatione maxima: que fieri nō potest absq̄  
gratia diuina. Ad preceptum ergo dei secundum  
eius dispositionem eleuabuntur et diluui aquis  
non verabunt. Quia nidus eorum. i consiliū est  
in arduis: id est in supernis et in petris: id est ana-  
gogicis: et diuinis sacre scripture sensibus: et in p̄  
ruptis silicib̄ comorant. i Angelis fortissimis  
plenis gratia: et naturali cognitione: qui: ceteris  
cadentibus in sua firmitate permanerunt. Inde  
contemplantur escam. Id est: ex illis choris An-  
gelicis tendunt oculum mentis: ad gloriam sup-  
ne maiesta. is:qua non visa adhuc esuriunt: qua  
tandem visa saltantur. Sed quia carne grauati:  
deum sicuti est videre nō possunt: ideo sequitur:  
et de longe oculi eius prospiciunt: id est intentionis  
aciem fortiter intendunt: nec dum deum propin-  
quus aspiciunt: cuius claritatis magnitudinem  
penetrare non possunt. Et qz auditores suos ve-  
bum diuinitatis capere non posse cōspiciunt ad  
sola incarnationis dothmīcē v̄rba v̄rtūtūr. Un-  
sequit. Et pullus sanguinem labuit. Id est pas-

Job  
vbi s

Agla

non - humanitate . . . nisi cuius tantum sunt capaces: illis predictantibus: auditores infirmi reficiuntur. Volent etiam quando vident pullos mortuos: id est peccatores: salutis quorum occasione: pretermittunt aliquando contemplationis ocium: dicentes cum Paulio. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis: ut vos doceamini: que sunt elementa exordij sermonum Dei: et facti estis: quibus lacte opus sit: non solido cibo. Id est cum sitis tam diu Christiani: adhuc lacte: id est: penitentia indigetis. Hirundo. i. mulier penitens que ut supradictum est de corvo mutat penas virtutes paulatim assumes: et eas sub humilitatis nigredine conseruans. Fugit frigus: id est peccatum: sicut scriptum est. Quasi a facie colubri fuge peccatum. Et vadit versus calorem: id est bona Christi conuersationem: et discursus valet vitando: in ecclesia Dei: et in spirituali instituto facit nichil: ubi reponat pullos bonorum operum: vel etiam filios suos quos bene verso: bo et exemplo nutriendis in via Dei instruit. Turtur. Mulier casta in viduali continentia existens. Eius gena pulchre sunt ut turturis: quia tanta verecundie salutaris decorata est modestia: ut castitate promissae fidei: nulla suggestione vel persecuzione corrumpat. Que licet sit viduata Christi sponsi presentia: eius tamen ita memoriam iugiter tenet: ut nullorum extenorum consortium patiatur. Tempus etiam sicut turtur obseruat: sicut scriptum est. Turtur: et hirundo custodierunt te, pater aduentus sui et ceterum. Et tu tempus tuum non consideris: nec cognoscis. Tempus nostrum Christus est. Ad quem quoniam mensura est: et perfectio, natus et eminentia communis beatorum: et salvatorum: deberet quilibet measurare omnes motus:

Heb. 5

Hirundo

Ecc. 21

Lat. 1.

Gie. 8.



## Sermo Octau

et operationes suas. Item. ea ignota et  
st mensura temet ipsum abnegans et crucem tuam  
tollens: ut turtur tua patientissima. Teneinde ad  
virginalem perfectionem perueniens efficeris co-  
luniba simplicissima. Que similes est: ita etiam co-  
lunba spiritualis est sine duplicitatis malitia: et  
dolo: sed non habet. i. peccatum: quod est amarus: ut  
sed. Rostro ludit cum palunib;: simplex: simpli-  
citate. gaudens: verbo: et exemplo simplicita-  
tem docet subditos suos. Rostro non ledit: quod ver-  
bo non mordet: haud similis quibusdam piceo  
spiritualibus: que semper murinatur: detrahuntur:  
et conuiciantur omnibus alis se defendit quia ex  
timore filiali: et amore Dei oriuntur virtutes ex  
quibus se a peccato et diabolo tueretur. Comedit  
grana meliora in silentio. Quia videns aliquem  
defectum proximi: qui habet alias bonas con-  
ditiones: bona loquitur: et taceat mala: a malis ab-  
stinen;: in his que bona sunt libenter conatur imita-  
ri. Residet iuxta fluenta i. in lectione: et meditatio-  
ne sacrarum: scripturarum frequenter versatur:  
vel assidue moratur in ecclesia ubi sepe accipit sa-  
cramenta penitentie: et communionis ex quibus  
oriuntur fluenta lacrimarum et gratiarum spi-  
ritus sancti: quarum illustratione petrusa: accipi-  
tris umbram. i. peccatum quod est umbra diaboli  
cognoscit: et vitat: et in ipsis fluentis crebro se se  
immerget: irritata humore deuotionis: et refri-  
geratur a calore peruersae tentationis: et dulcedine  
spirituali recreatur. Hemitum dat pro cantu: quod  
ex consideratione proprie miserie: bonitatis de-  
et dilationis boni patrie celestis compungitur et go-  
mit: etiam dum laudes canit deo. Regatum vo-  
latur: quia communibus dominis alijsque exer-  
citus: que pro communis utilitate sunt gaudet: sin-

coluba

gurta: itate fugiens. . i foraminibus petre moratur. i. in vulneribus Christi: qui petra dicitur: si-  
c ut scriptum est. Petra autem erat Christus. Ibi enim per contemplationem passionis eius moratur: quia ibi spē sue salutis constituit unde gratie cuncie procedunt: ibi indicat fructus honorum operum congeres. Illuc a sponso vocat: qui ait. Tleni colisiba mea in foraminibus petre: z cauer-  
na macerie. Adoratur etiam in cavaerna macerie: quia statim custodia celestium preceptorum: vir-  
tutum: z angelorum. Secunda est quia: cuz amor Dei nunquam sit ociosus semper aliquid boni par-  
turit: pullos nutrit alienos: vt suos: qz omnibus omnia fieri: vt paulus: studens: omnium salute procurat: vt suam: vt oēs saluos faciat zc. Ter-  
tium documentum est qz caueas a superbia: quia mentis tumor est obstaculum veritatis secundi Gregorium. Naturalia enīz vt supra dixi in pro-  
prio loco citius. nittunt radice: z ibi melius co-  
seruantur. Ideo si vis proficere ita in humilitate  
z caue a superbia zc. Dicit Ezechiel. Aquila grā-  
dis magnarum alarum: longo membrorum du-  
ctu: plena plumis z varietate venit ad Libanum  
z tulit medullam cedi i. Sūmitatez frondū eius auulit: z transportauit eum in terram Chanaā:  
in vrbe negotiatorum posuit illā zc. Aquila grā-  
dis. i. potestas ecclesiastica: caue ab ista: z a scien-  
tia seculari z inani gloria: quia maxime religio-  
sos decet fugere huiusmodi donec per conjectu-  
ras: vel inspirationem Dei: z optimorum consi-  
lia ad hoc tibi bonum spirituale tui z aliorū in-  
notescat te esse a Deo electum. Omnis enim rui-  
na in christi initio iniitum sumovit: quia hoc gra-  
ue onus non fugiunt sed ambiunt fere omnes zc.  
Aquila grandis: que regna est annūz: id est sancte

Cor. 10

Lat. 1.

Greg.

I. cor. 9

Docu-  
mētūn  
tertiūz.

Greg.

Ezech.

17.

 Tlde  
autho-  
rē sup  
Ezech.  
p. 34.

F. iij

## Sermo Octau

ecclie Romane curia. Si... siest quia TULU...  
magnarum alarum. Dextra.i. spiritualis potes-  
tas. Sinistra temporalis: longo membrorum du-  
ctu. s cardinalium: patriarcharum &c. plena plu-  
mis. i. diuinitatis varietate. s. beneficiorum cum cura:  
et fine cura venit. s. olim ad libanum. s. sanctitatis  
exemplaritatis: abstinentie et vite candoris. Liba-  
nus enim interpretatur cador. Quādo ergo errat  
aliquis alios in bonitate ercedens: ad hunc oīum et  
ecclesiastica dignitas veniebat et exaltabat eum et  
vinea domini bene culta crescebat et fructus uber-  
timos producebat: sed postquam ambitio cepit suc-  
crescere: periret fructus cessavit cultus: defecit gra-  
tia defecit deuotio: omnia venalia facta sunt: et dis-  
sipata est vinea &c. Tulit ergo medullam cedri. i.  
quam solebat habere contemplationis gratiam.  
in terra Canaan. s. negotiationis: quia negotia/  
tur: heu nunc temporis circa terrena. Vendun/  
tur beneficia et sacramenta &c. Quae ne ingredia/  
ris &c. Aquila gradis: scientia mundi: et vana in/  
ris: magnarum alarum dextra theologia: sini/  
stra philosophia longo membrorum ductu. s. ma-  
gistrorum: bachelariorū &c. plena plumis. i. sub/  
tilibus argumentis varietate opinionum et secta-  
rum &c. Tulit medullam cedri. i. deuotionem: ve-  
niens ad Libanum. i. ad religiosos &c. Ideo caue-  
ta superbia quia ille qui per eam velut aquila grā-  
dis in celū voluit ascendere et super astra celi exal-  
tare solium suum inde detrusus venit ad te spiri-  
tualem tui ostendens quod sis gratus Deo: et hoc  
tuis meritis: operibus et industria. Postea sugge-  
rit: ut ad excitandum alios te manifestes: et sic in/  
duens te preterita: et vestre superbie: venit causans  
in te quandam gratulationem? quod sis Deo acce-  
ptus: postea quandam confidentiaz: postea in cu-

ea reptilia. Consulo igitur primo: vt te in vera tui  
consideratione exerceas Deo gratias ages: & pro  
priam fragilitatem attendens: & quod Deus omni-  
nia in omnibus operatur: non necessario: sed me  
re libere & contingenter: sed propter suam infinitam  
misericordiam: sed propter merita Iesu Christi.  
Secundo moneo vt flens consideres qd fuisti  
destructor operum Christi: qd mereris infernum:  
qd respectu angelorum ignoratissimus es: qui pro-  
priam viritatem apprehendis cognitionem. Clade ad se/  
pulchra & frumenta obscurum considerans plange  
qd in omnibus operibus tuis semper aliquid pec-  
cati ad iniustiam habes & imperfectionis. Tertio eli-  
getibi virum ex milibus vnum exercitatissimum:  
& amorem Deum & orationi & spiritui familia-  
risimum. Qui corde tenus tuos conceptus expo-  
nas: & dic quo ad adulatores. Secretum meum  
in tecum. Ille eis a deo prebebas: & letaris cum oetate  
multa commendabilia dicuntur: sed potius ra-  
tionali appetitu appetas oppositus: quia nec da-  
nabit iniuria: nec coronare poterit laus falsa: isti  
sunt inimici tui: qui videntur domestici: qui velut  
demonis mercatores animam tuam emere que-  
runt & vendere oleo adulatio[n]is & suggestionis.  
Lave ab ipsis & sta in loco tuo tecum. Omnes igitur  
teneant locum proprium prout sibi concessum est  
a domino iuxta mesuram virium suarum primo  
perfectiores in vita mixta qui sunt pauci cùm illo  
& Job. Secundo contemplatiui a dextra aquile:  
corvi: & accipitres. Tertio a sinistra imperfectio-  
nes actiui hirundines: turtures: & columbe. De  
quorum numerosi fuerimus salvi erimus per arcam  
in diluvio. Quoniam vero collucuat qui est benedictus  
in secula seculorum. Amen.

I.co. 12

Esa. 24.



## Sermo Octau

ecclesie Romane curia. Si. — . . . . .  
magnarum alarum. Dextra. i. spiritualis potes-  
tas. Sinistra temporalis: longo membrorum du-  
ctu. s cardinalium: patriarcharum &c. plena plu-  
mis. i. diuinitatis varietate. s. beneficiorum cum cura:  
& sine cura venit. s. olim ad libanum. s. sanctitatis  
exemplaritatis: abstinentie & vite candoris. Liba-  
nus enim interpretatur candor. Quod ergo errat  
aliquis alios in bonitate er cedens: ad hunc olim  
ecclesiastica dignitas veniebat & exaltabat eum &  
vinea domini bene culta crescebat & fructus uber-  
timos producebat: sed postquam ambitio cepit suc-  
crescere: periret fructus cessavit cultus: defecit gra-  
tia defecit deuotio: omnia venalia facta sunt: & dis-  
sipata est vinea &c. Tulerit ergo medullam cedri. i.  
quam solebat habere contemplationis gratiam.  
in terra Canaan. s. negotiationis: quia negotia/  
tur: heu nunc temporis circa terrena. Veneran/  
tur beneficia & sacramenta &c. Ne ne ingredia/  
ris &c. Aquila gradis: scientia mundi: & vana in/  
flans: magnarum alarum dextra theologia: sinis-  
tra philosophia longo membrorum ductu. s. ma-  
gistrorum: bachelariorum &c. plena plumis. i. sub/  
tilibus argumentis varietate opinionum & secta-  
rum &c. Tulerit medullam cedri. i. deuotionem: ve-  
niens ad Libanum. i. ad religiosos &c. Ideo caue-  
a superbia quia ille qui per eum velut aquila grā-  
dis in celū voluit ascendere & super astra celi exal-  
tare solium suum inde detrusus venit ad te spiri-  
tualem tui ostendens quod sis gratus Deo: & hoc  
tuis meritis: operibus & industria. Postea sugge-  
rit: ut ad excitandum alios te manifestes: & sic in-  
dueno te preterita: & vestigia superbie: venit causans  
in te quandam gratitudinem: & hys sis Deo acce-  
ptus: postea quandam confidentiam: postea in cu-

ea reptilia. Consulo igitur primo: ut te in vera tui  
consideratione exerceas Deo gratias ages: et pro  
priam fragilitatem attendens: et quod Deus omni  
nia in omnibus operatur: non necessario: sed me  
re libere et contingenter: sed propter suam infinitam  
misericordiam: sed propter merita Iesu Christi.  
Secundo moneo ut flens consideres quod fuisti  
destructor operum Christi: quod mereris infernum:  
quod respectu angelorum ignoransissimus es: qui pro  
priam viritatem apprehendis cognitionem. Clade ad se/  
pulchra et finem obscurum considerans plange  
quod in omnibus operibus tuis semper aliquid pec  
cati ad miserum habes et imperfectionis. Tertio eli  
ge tibi virum ex milibus unum exercitatissimum:  
et timentem Deum et orationi et spiritui familia/  
risimum. Qui corde tenus tuos conceptus expo  
nas: et dic quo ad adulatores. Secretum meum  
in tecum. Nec eis adest prebeas: et letaris cum de te  
multa commendabilia dicuntur: sed potius ra/  
tionali appetitu appetas oppositus: quia nec da/  
nabit iniuria: nec coronare poterit laus falsa: isti  
sunt inimici tui: qui videntur domestici: qui velut  
demonis mercatores animam tuam emere que/  
runt et vendere oleo adulatiois et suggestio mis  
eriae ab ipsis et stant in loco tuo tecum. Omnes igitur  
teneant locum proprium prout sibi concessum est  
a domino iuxta mensuram virium suarum primo  
perfectiores in vita mira qui sunt pauci cum Noe  
et Job. Secundo contemplatiui a dextra aquile:  
corvi: et accipitres. Tertio a sinistra imperfectio  
nes actiui hirundines: turture: et columbe. De  
quorum numerosi fuerimus salvi erimus per arcam  
in diluvio. Quoniam vero concurat qui est benedi/  
ctus in secula seculorum. Amen.

I.co. 12

Esa.  
24.

**Homilia de vita eterna seu de gratia**  
ac diversitate actuum intrantium  
arcā: qui significantur per diuer-  
sa animalia terrestria mundi.



E omnibus animatis mundis  
tolle septem: et septem masculū et  
feminam Gen. 7. **C**uz ex diu Au-  
gustini verbis de altissima Trini-  
tate tractare vellet. **H**agister sen-  
tentiarum: quia sibi arduum vide-  
batur: hanc premisit sententiam. De re summa: et  
excellentissima cum modestia: et timore agendū  
est: et attentissimis auribus: atq; deuotis audien-  
tibus: ubi queritur vnitas Trinitatis: **P**atris sci-  
licet: et filij: et spiritus sancti: quia neq; periculo-  
sius alicubi erratur: neq; laboriosius aliquid que-  
ritur: neq; fructuosius aliquid inuenitur. **L**uius  
rei hec est ratio: quia sicut in naturalibus necessa-  
riū est deuenire ad primum i.e. finem: quo sub-  
lato nihil esset periculosius in universo. **S**icut ap-  
paret in aliquo motu particulari: quia sublato nō  
ne propter queq; aliquis mouebatur: amplius nō  
mouebitur. Ideo error: qui est circa finez: est per-  
iculosior: eo: qui est circa ea que sunt ad finem. **S**ic  
etiam finis si sit sine errore: est fructuosior: quia in  
eo quietia: et quia finis humane nature est visio  
Trinitatis: merito Augustinus et **H**agister pro-  
tulit ipsa verba. Et quia contemplatio diuinorum  
marime que per gratiam est: est quedam beatitu-  
do inchoata: ideo si homo errat i ea: periculosius  
errat q; in ceteris rebus: quia error est circa finē  
et nihil est periculosius q; errare circa ipsa z et di-  
bolus insidiatur ei tanq; in litteris calcaneo: et ni-  
hil fructuosius si circa eam non sit error: ideo al-  
lora te ne quiesceris: et hec fuit prima regula: quia

**Augu-**  
**magr**  
**sen. in**  
**primo**  
**di. 2.**

**Augu-**  
**tom. 3.**  
**li. pmo**  
**de Eri.**  
**et Eo.**  
**10. in**  
**ser. de**  
**tri.**

**Gen.**

**Ecc 3.**

vniuersitatis. Ant a Trinitate dateq; sunt  
 vnicuiq; secundum mensuram donatoris eius  
 quam nullus transgredi debet. Secunda regula  
 mouerim te: mouerim me ortum est: et hec est vera  
 cognitio Deum et seipsum cognoscere et alias cu-  
 riositates non invenitigare. Tertia regula quod valde  
 caueas a superbia. Pro quo diximus primo ad li-  
 teratos: ut caueant dignitates ecclesiasticas: scđo  
 ut sobrium te habeas in studijs philosophie: ter-  
 tio ut caueas a laudibus humanis: et cum dixi-  
 mus de huiusmodi posuimus omnes in loco suo:  
 et primo eos qui sunt de vita mixta: in parte sup-  
 tori. Et fuerunt pauci: quia pauci sunt hodie: qui  
 sunt Noe et Job. A parte dextra positi sunt con-  
 templatiui: et istoru aliqui corui: aliqui accipitres:  
 quidam Aquile. A sinistra aliqui Hirundines aliq  
 turtures alii columbe. Nunc vero deueniendum  
 est ad tractatum communiorum omnibus. s. de ani-  
 matis mundi 9 Dicit Apostolus. Omnia mun-  
 da mundis: et nihil reuiciendum quod cum gra-  
 tiarum actione percipitur. Cur ergo sacra scriptu-  
 ra facit mentionem de distinctione mundorum a salutis  
 ab immundis? non contrahuit aliquod peccatum.  
 Nidego quod imunditia duplex obseruabat in lege ve-  
 teri. Una quod spiritualis: et alia corporalis. Spiritualis  
 autem imunditia nihil aliud est quam peccatum et hoc modo  
 nullum a salte imundum: quod peccati non est capar et enim  
 sua si comedatur non coinqnat hominem: sicut scriptum est.  
 Non quod iterat in os coinqnat hominem. Per accidentem  
 autem: et per relationem ad hominem: punit alicia hinc imundi-  
 tiam spirituale et coinqnare animam: ut si comedantur ini-  
 mia voracitate: ut ganco: vel ad libidinem inquietum  
 probet sometum luxurie: ut libidinosus: vel in votum: et  
 regulam: ut religiosus: in omnibus audeis si comedis/  
 sent quod in lege prohibita erat: et comedere carnem suillam

Ex. 1.  
 1. Ex. 4  
 Gen. 11  
 Deut.  
 14.  
 11. d.  
 Etho.  
 prima  
 scđe. q.  
 102. 6.  
 ad. 1.  
 mat. 15



## Sermo Monus

et cetera que rationabiliter F...  
dum vero corporalem immundiciam que est cor  
ruptionis cuiusdam corporalis: aliqua dicuntur  
immunda: quia cibis pascuntur immundis: vt  
sues: aut immunde conuersantur sicut quedam ani  
malia sub terra habitatia: vt taippe et muris et alia  
huiusmodi. Unde etiam quendam fetore contra  
huiusmodi. Alia sunt immunda quia sunt mali nutri  
menti et generant malos humores vel propter su  
perfluam huminilitatem: vel propter siccitatem ni  
miam. Et ideo prohibita erant illa que non ha  
bent vngulam scissam: propter eorum terrestrem  
tatem: et que habent nimias scissuras: quia sunt  
nimius colerica: et adusta: vt leones et huiusmo  
di. Et eadem ratione prohibite erant aves quedam  
rapaces que sunt nimie siccitatis: et quedam aqua  
tice propter excessum humiditatis. Similiter etiam  
quidam pisces non habentes pennulas et squa  
mas: vt anguille: et huiusmodi: Ne predictis ra  
tionibus prohibebantur et erant immunda. Re  
liqua vero que sunt temperate complexionis mu  
da erant et concessa. Alia etiam distinctionis ratio  
est propter detestationem idolatrie. Illam genti  
les: et precipue Aegyptij inter quos Iudei erant  
nutriti huiusmodi animalia prohibita idolis vel  
eis ad maleficia vtebantur: ideo dominus prohibuit  
eis ue talibus tanq; abominabilibus vescerent:  
ne gentilium participes fierent. Animalia vero:  
que iudeis sunt concessa Aegyptij tanq; Deos  
conlebant. Adorabant enim oves et boves et cete  
ra: et ideo talibus vesci permisum est ut ostenda  
tur huiusmodi non esse Deos: nec aliquid habe  
re diuinitatis. Nec itaq; ratio est qua mundorum  
et immundorum distinctionem.

Et hec est ratio naturalis: que mystice circuloqui

cfr. *Oratione Dic. Testra. ac dñe. acti. itra. ar.* 47  
 tur nobis peccatores diuersi generis : de quibus  
 ducturi sumus : et licet tunc temporis arca non  
 esset facta tamen tractabatur de ihs que in ea po-  
 nenda erant. De mundis igitur animalibus tra-  
 statutis de aliquibus ad propositum nostrum di-  
 camus. In primis circa tot qui sunt de vita acti-  
 ua. scilicet reges et prelati et eorum sequaces facianus  
 semptem capita principalia a dextris sit taurus  
 cum vacis capra quoque sylvestris cum suo grege.  
 Similiter cernus et hircoceruus. A sinistris autem  
 series cum ouibus hircus cum capris: et canelo-  
 pardus: et primo generalis exhortatio facienda est:  
 Deinde particularis. Primum documentum quod  
 omnibus pertinet: qui vitam sectansur activam:  
 est quod nemo non contemplativus: curet esse dicis  
 contemplativis nec se affligat quod de eis non est quod  
 illa paucorum via est: et necesse est nos manere in  
 ea vocatione quia vocavit nos Deus et ceteri.olle er-  
 go quod tuum est: et vade. Nam vita activa non  
 minoris est meriti contemplative: inimico aliquando  
 maioris. Ratio documenti huius est. Quia ut  
 dicit Dionysius quod supremum insimili tangit  
 sanquam per suum conexum: concavum sive in-  
 simum sunimi: et supremi. Quia habent adinuicem  
 conformitatem non modicam. In ordine siqui-  
 dem uniuersi: in primo est ordo intelligentiarum:  
 in quo supremum gradum. Sanctissima tenet Tri-  
 nitas: deinde Seraphini: postea Cherubini: quar-  
 to throni: quinto dominationes: sexto pricipa-  
 tus: septimo virtutes: octavo archangeli: decimo  
 angeli postremo anima intellectua in ordine ve-  
 ro corporum simplicium primo loco sunt corpo-  
 ra celestia: quoque atque tempus est celum empy-  
 reum sub quo successive reliqui crystallinum: sy-  
 dereum: hinc firmamentum: et sphere planetarum

**Docu-**  
**mētum**  
**primū**  
**ptinēs**  
**ad acti-**  
**uos**  
**Ro. 7.**  
**mat. 20**  
**Actiue**  
**vite me**  
**ritū nō**  
**ē mīor**  
**ptēpla-**  
**tiue**  
**Diony-**  
**sius de**  
**cel. hie,**  
**rar.**  
**f. Tho.**  
**prima**  
**pte. q.**  
**I 18. 6.**  
**2. sen.**  
**Dist. 9.**  
**f. Tho.**  
**prima**  
**pte. q.**  
**68. art.**  
**4.**

Sermo Mon

phs. 2. Saturni: Iouis: Martis: Solis: Veneris:  
de aia Mercurij: et Lune. Deinde elementa ignis: aer:  
Eho. aqua: terra: ita in ordine compositorum pri:  
prima mium locum tenet homo post quem animalia  
parte irrationabilia: deinde vegetabilia: postremo  
4.78.4 lapides. Similiter in ordine cognitiarum po:  
tentiarum insimum locum tenet: tactus: supra  
quem ponitur gustus deinde odoratus supra  
quem auditus ultimo visus. Et ille habet su:  
periorem cognitionem: quia multo plura per  
ipsum cognoscuntur: quam per alios sensus  
exteriores. Inter sensus autem interiores ascen:  
dendo primus est sensus communis: ad quem  
terminantur omnes sensus exteriores: qui diffe:  
rentiam ponit inter obiecta: ideo aliis cogno:  
scit. Nonne phantasiam vel imaginatiua: que spe:  
cies sensatas conseruat: et in homine componit  
author vnum cum altero: ut aurum cum monte: et qua:  
in com. si ostendit montem aureum: que quidem com:  
yphy. posuit non ita apparet in alijs animalibus. De:  
li. 11. inde extimatiua in brutis: vel cogitatiua in ho:  
mene: que cognoscit etiam: que nunquam a sen:  
sibus exterioribus habita sunt sicut ouis vi:  
dens lupum apprehendit eum esse inimicum:  
quia ex speciebus lupi sensati elicit species ini:  
micitie insensatas: idest que non possunt co:  
gnosci per sensus exteriores postea est memo:  
ratio que conseruat intentiones non sensatas  
a cogitatiua acceptas et locature in parte cerebri  
infra cogitatiuam que locum habet in suprema  
capitis parte principatum tenens inter omnes  
sensus interiores: sicut yesus inter exteriores



etri' ~~quæcumque~~ Vero ~~le~~ gationem intellectuam est intellectus: qui licet sit unus tamen habet diversas operationes. prima enim est fixa in qua non reperitur discursus: que dicitur simplicium terminorum: vel in complexorum intelligentia. Secunda est compōsitus et diuisio. Tertia discursus per quam circa naturalia discurrit: et humana et particularia. Infinum itaq; in suo conuero tangit supremum in concavo: quia cogitativa propter affinitatem et propinquitatem quam habet cum intellectu de cuius lumine aliquid participat infimam eius operationem tangit: quia licet substantiam rei non penetrat nec possit separare sicut intellectus: tamen aliquantulum discurrit et cognoscit aliqua accidentia: et plus penetrat ista q; cetero potentie sensitivae. Unde dicatur ratio particularis similiter intellectus hominis in suo supremo tangit infimum Angelici intellectus: qui in simplicium intelligentia cognoscit sine discursu: sicut Angeli licet longe imperfectius quam illi. Et sic in ceteris Ad propositum ergo nostrum: quia Deus habet lumen infinitum contemplatur infinita sine discursu. Contemplantur etiam beati: et Angeli absque discursu: sed minus q; Deus. Deinde aliqui in vita: ut fuit Paulus: sed minus quam Angeli et beati in patria tamen iste erat supremus gradus contemplationis qui haberi possit in hac vita. Aliqui minus eo sicut Augustinus et Hieronymus: et tñ tales fieri in ista divinitate permanet. Ali qui insup̄ veniunt ad discursum: q; nō habet tantum sumē: habent tñ fictionē fidei: et discutunt p̄ passio-

Bl̄s i  
arte no  
ua et in  
3. dāa.

f. Tho.  
pria p/  
te. q. 55.  
1. 2. 3.

Paul?

Augu.  
Hiero.



## Sermo Mon

nem Christi: et nativitatem - contemplatu-  
cuntur: quia discursus habent sine volubilitate  
mentis: et in semetipsis sentiunt dulcedinem. Alii  
qui partim habent hunc discursus et partim no-  
Aliquis opus est ut vocaliter orient et tales di-  
cuntur meditatiui: et dici possunt animalia mun-  
da: et debent stare in meditatione: et ruminacione:  
nec velle debent potentie sue vires ercedere. Quo-  
licet supremum ianuam tangat infimum supremi  
tamen nunquam venit ad illam perfectionem supre-  
mi. Tales igitur meditatiui non debet conari p/  
uenire ad illud quod ipsis datum non est. Quomo-  
do autem sit ruminandum accipe hanc figuram.  
Quando oblatio erat facienda in veteri testame-  
to panperes simulam offerebant: que erat farina  
delicatissima: et aspergebatur oleo: et superponie-  
batur incensum: et dabatur sacerdoti: qui ex ea pu-  
gillum accipiebat: et ponebat super altare odoratum.  
Alia vero pars erat sacerdotis: et  
suauiissimum. Alia vero pars erat sacerdotis: et  
nemo aliis de ea poterat comedere. Si vis ergo hac  
farina offerre sacrificium coctum in cibano: pa-  
nes fac cum sparsos oleo: et lagana et sima oleo li-  
ta. Si vis offerre aliquid in sartagine sit simila co-  
sparsa oleo a bscq fermento et diuides eam minu-  
tam et fundes oleum super eam. Si sacrificium  
suerit de craticula similiter farina oleo consper-  
genda est et offeres domino trades in manibus:  
sacerdotis. Si autem primitias frugum turturum  
de spicis adhuc viribus obtuleris siccabis eas  
igni: et confringes in morem farris et offeres fun-  
dens super eas oleum: et thus imponens. Et no-  
ta quod in his sacrificiis seruare debes duas regula-  
ta. Prima quod omne sacrificium fiat sine  
generales. Prima quod omne sacrificium fiat sine  
fermento. id est doctrina philosophorum. Secunda  
id est doctrina philosoporum. Secunda

Medi-  
tatiui

Figu-  
ra  
Levit.  
2.2.6.

critica

eterna primus Deo ceteri poterunt: sed non supra altare: quia talis doctrina non facit ad salutem. Secunda regula est qd omne sacrificium fiat cum sale. i. cum discretione: vel sapientia: que est sapida scientia. C1 ergo veniam: ut ad oblationem mundorum animalium nota qd magnum et primum mandatum in lege est diligere Deum: secundum est diligere proximum. In scriptura autem pes significat affectum: vnde vngula figura hunc duplarem amorem: sed vita contemplativa licet utrūq; habeat secundum tamen non exercet et vadit quasi cum uno pede sicut stant grues et animalium quorundam vngula licet scissa sit: tamen non apparet: sicut in ceteris: quia contemplatiois habet amorem unitum in Deo licet diligat etiam proximum: et est sicut claudus qui licet duos pedes habeat tamen vadit cum uno. Ideo Jacob quando angelo certavit remansit claudus: quia et ipse erat de numeris eorum: qui sunt de vita contemplativa. Qui autem sunt de vita activa: oportet ut habeat duas vngulas: quia utrūq; s. amorem oportet exercere: et quoniam hoc difficile est: ideo oportet qd sit animal ruminans: aliquando que Dei sunt aliquando que prorimi et mundi etc. Nam sicut cibus per ruminationem gustatur: sic scripturam: quam grosse legendo accepisti gustas meditando singulas particulias etc. Circa meditationem igitur ita te exercere poteris. s. considerando Deum per creaturas: per causalitatem: per pruidentiam: per sapientiam: per bonitatez: per negationem: per attributionem etc. Quod sit saluator: Deus et homo. Et quando circa humanitatem et similia Christi qualiter fuit unus: circuncisus: obesus baptizatus: tentatus et crucifixus et similia. Et quomodo ipse de se dixit. Misericordium

Deu. 6  
L. ii. 19  
mat. 22

Ge. 31.

diony.  
d. diuis.  
no.  
s. Eho.  
i. sen.  
di. 35.  
q. i. ar.  
i.  
Jo. 12.



## Sermo Nonus

Ro. I.

Psal.  
40.

frumenti cadentis in terram mortuus tunc ipsius solum manet et cetera. Corpus ergo Christi farina est: quando contemplatur diuinitas: et non ut philosophi: quorum meditatio fit sine oleo: quoniam cum cognovissent Deum: non sicut Deum glorificarunt tecum. Ideo habeas oleum deuotionis et misericordie et habebis vngulam scissam: habeas et incensum. scilicet orationis. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo tecum. et ne erres meditando debes dicere sacerdoti secreta tua per confessionem et consultationem tecum. et sic eris filius Aaron et sacerdos accipiet pugillum farine: id est tue meditationis: et ponetur super altari pugillus: id est parua intelligentia eorum: que meditarris: et olei pinguedinem: id est deuotionem. Altare est Christus: ideo dicimus: per dominum nostrum Iesum Christum in fine orationum tecum. Si non potes habere tantum ingenum vade ad humanitatem Christi: et de eius pacta fac panez de coctum cum forno uter virginis igne charitatis in incendio spiritus sancti: et considera quomodo conceptus est de spiritu sancto: et sic coquies alios panes: scilicet sanctos Abram: Isaac: et Jacob. et eorum vitam considerans. Pon oleum: scilicet deuotionis et incensum: scilicet orationis: ut Deus faciat te sequi vitam illorum. Unde possea ad sacerdotem et confiteat illi peccata tua qui dicet te paucum habere merita. Ideo cognosces quod te oportet crescere et de virtute in virtutem meditando: et operando procedere. Logita etiam de diversis casibus passionis Christi: et sanctorum eius. Patella est crux. Craticula: que est apud cineream tam non tangit cinereum est corpus Christi: quia caro Christi non vidit coruptionem: licet mortua fuerit. Meditare igitur eam et fac orationem:

**D**e vita acti. sen. 72. tra. ac dñer. acti. itrā. ar. 50

ut moriaris cum Christo: et sepeliaris: et hec ru-  
minet mundum animal. Iesu Christi: qui pro  
nobis factus est obediens usq; ad mortem: mor-  
tem autem crucis. Ad particularia deueniendo  
**D**eu. 33. dicitur. Quasi primogeniti tauri pulchri  
tudo eius &c. Taurus significat regem: principem:  
magistratum: qui debent procurare superius: sta-  
tum et sibi creditum gregem curare. Ecce: id est  
populi diversi ciuitatum: et castorum. Taurus  
erit in parte superiori: quia est animal ferox: et co-  
nibus fidelis: et in pastura semper stat separatus: si  
castratus est: mansuetus efficitur sicut bos: qui su-  
biicitur ingo et societatem amat. Omnes homi-  
nes ad dominum cultum obligantur: et maxime q  
regunt: quia omnis effectus libenter stat sub sua  
causa: quia uniuersus naturaliter optat suam  
perfectionem: que dependet a causa sua. Cum igi-  
tur Deus sit omnium hominum causa omnes ei  
per cultum eius subiecti debet. Item quod compe-  
tit: naturaliter omnibus naturale est: sed a princi-  
pio mundi homines inclinati fuerunt vultui di-  
uino: licet errauerint multi circa hoc ergo natu-  
raliter omnes ad cultum eius obligantur. Simi-  
liter: ad ipsum: a quo habituri sumus beatitudi-  
nem naturaliter inclinamur: sed beatitudo nostra  
non potest haberi nisi a Deo ergo ad eum omnes  
inclinamur: et per consequens ad cultum eius te-  
nemur: et precipue magistratus: cum omnis po-  
testas a domino Deo sit: et per ipsum reges regnet: **R**o. 13  
principes imperant non per naturam: que edidit **p**ro. 8.  
omnes equales ut inquit Gregorius nobile ger-  
men secundum Boetium: sed per partialem in-  
fluentiam. Propterea in onolibet genere est dare **G**reg.  
vnus: quod est mentura alterius sicut in esse: sicut  
in viuere: sicut in veritate: sicut in rectitudine et in **Boeti**  
**p**hs. 4. **p**hy. 1. **c. 133. 2** **s. i. c. 76**

## Sermo Nonus

omnibus bonis summum uonum. Ergo et in potestatis est mensura potestatis. s. Dei potestas: que est mensura perfectionis aliarum. Et ergo mensura tue potestatis o Rer: seu princeps. Ideo cultui diuino obligaris ultra cunctas: quia Deus est causa quod habeas potestatez super omnes: et indegenes eius aurilio in conseruatione status: quia est etiam causa principalis in conseruatione ipsius. Neque enim ipse est sicut edificator: qui licet sit causa domini in fieri: non est tamen causa conseruationis ipsius sed ipse Deus est causa in fieri in esse in creari et conseruari. Nam si retraheret manus suas omnia redigerentur in nihilum et c. Dat ergo visus potestati: quia omnis virtus a Deo et tantam visus habet rer: quanto Deus permittit venerare ita quod Deum per omnibus et c. Taurus igitur habet magnam potestatem: et alijs timorem incutit: et potestas est ex superiori parte: et quanto magis quis appropinquat Deo tanto virtuosior est et maiorem timorem incutit: admirationem et reverentiam. Paret in astris: paret in fulgure: paret in impressionibus ignis que apparent in celo: econtra quanto magis recedis a deo: tanto debilior efficeris. Ideo taurus habet cornua quia rex debet habere arma quibus incutiat timore non arma dabantur: que sunt superbia inuidia et cetera crimina. Sed cornua Christi que sunt charitas dei et proximi patientia et humilitas: et c. quibus omnia visuit et c. Christus. n. est rex regum et deus deorum et tamen de humanitate eius tractans Habacuc in cantico: dicit cornua in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius. Et David dicit. Ibi ostendit potentias arcum: sci: et lumen: et bellum. Ibi s. in humilitate crucis: et subdit ante facies eius ibit morte. s. captiva et ligata diabolica potes-

Haba.  
3.  
Wsal.  
75.

**D**e vita acti. seu ð. gra. ac diuer. acti. itrā. ar. si  
tas. n. uimurias ergo: q̄ deo appropinqt. Í o orā  
dū ē vt p̄ncipes sint hūiles t cultui diuino dediti.  
Et religiosi boni sunt p̄curādi q̄ eos bū moneāt  
zc. Taurus stat aliquātulū separatus: sic q̄ regnat  
orās separate ab ihs: cū q̄bus si supfluā p̄traxerit  
familiaritatē dimūnta anthoritatem. Non dico  
nimium: sed aliquantulum: vt sciat se obligatum  
consulere: audire: bonum recipere zelare zc. Nō ra/  
tica de sacerdotibus malis qui omnium sunt cau/  
sa malorum: quia principib⁹ blandiunt: vt in  
conspectu eorum innescant gratiam: eis omnia  
licet defendunt: eos ab omni criminē hanc con/  
tritos absoluunt zc. t econuerso boni ipsos be/  
ne monent sincere veritatē dicunt: t hortantur  
eos vt q̄ cultui diuino se dēt. t subditos ad id  
inducant: t si eunuchati fuerint amissā potestate  
humiliter Ch̄risti exemplo supportent zc. Capra  
ſylvestris. Secundi agnitus caput est capra ſyl/  
vestris de qua ſponfa ſic meminit. Ecce ille venit  
ſaliens in montibus: transiliens colles. Similis  
est dilectus capree: hīnuuloq; ceruorum. Capra  
habet viſum acutum: t delectatur locis altis: t  
agiliter saltat: t si cadit a precipitio: cornibus ſe  
ſuffentat. Cerui ſtant occulti in ſyluis: t gregatiz  
procedunt cum egrediuntur vnoquoq; ſubſequē  
tiū ſap dorsum precedentis caput reclināte: t qui  
primus vires ſequenti comittit t fit poſtremus t  
qui p spineta saltat: cū dexteritate saltat ita vt cor  
nib⁹ nō remoreat: t ſic docet puerulos ſuos. i. filios.  
Qui vero agitat a venatorib⁹ fugit p vias patē/  
ces: nō p dat vbi ſint filii. Hircoceru er pte ceruus Hircos  
er pte hircis t ē aīal fortissimū zc. Quib⁹ igit̄ cerui  
aīahib⁹ cū ſignificē ecclastici: n actiue vite ſubdi  
ti ſunt: trib⁹ his turmis nū ouunti ſocumtū. Aliq  
ſeruit p Ch̄ro circa corporalia: ſic religiosi iſfirmis

Lāt. 2.  
Capre  
natura  
Cerui  
natura

## Sermo Nonus

ministrantes: et corporis ieiunium cuire incidentes: qui sibi rem magnam facere cum sepe salutez animie negligant cum propter negligentiam: ve propter malitiā eos de salutari pfectione: et alijs sacramentis nō moncant. Similiter: qui magnis et superbis ecclesiārum et iudea inferiorum vacari edificijs sed quero an corpora sit propter spiritū: an econtrario. Respōdeo q̄ sicut materia est propter formam: sic et corporalia sunt propter spiritualia: et tanta est anime nobilitas: q̄ omnia que in hoc mundo sunt secum traxit: quia omnia propter ipsam creata sunt: et Deus caruz assūmptus: ut de carne ficeret spiritū. Ideo dicit discipulis. Expedit vobis: ut ego vadam: quia a deo corporali Christi presentia delectabantur q̄ spiritum et celestia parum attendebant. Ideo subintulit si. non abiero paracletus non veniet ad vos. Cum ergo exteriora sunt facta propter interiora. scilicet charitatis deuotionis et contritionis intendens puritati conscientie tue ora assidue: nec te in extrinsecis edificiorum ornamentis nimis occupes. Lapce igitur sunt sacedotes et curati qui nec nimis ad dextram contemplationis: nec ad sinistram operationis diuertuntur. Acute videre: et scire: et discernere debent inter lepram et lepram etc. Dirige re insuper tenentur sibi creditos secundum diuersos gradus: status etc. Paci item cōponende confessioni audiende restitutioni faciende matrimonii conciliandis vacare debent etc. Forma sunt crux Christi ad qua; in desperatis casibus recurras: ut eius coembe: que sunt amor Dei et proximi: cum ab altitudine quietis: et meditatiois diuinorum deyceris te sufflanteq; agiliter ad pietatis opera salias cōmiseras: que ipse in cruce per Dei honore et proximi salute passus es etc. Ceterus

Jo. 16.

Capa  
spiritualis

Ceterus

**E**n vita certi. seu 3 gra. ac diuer. acti. ita. ac. 52  
occultus est religio. a. cui vagare non conuenit  
per plateas etiam amore proximi: cum hoc repu-  
gnat statuti eius tc. **Hircoceruus** qui est animal  
aliquantulum fetidum: significat imperfecto: q  
**Hircoceruus**  
conferri sepe debent: et est animal bellicosum. Qz  
de diabolo et vitijs est procuranda vitoria. Effi-  
citur totus ceruus: quis cerus: quando vetus est:  
renouatur comedendo serpentem tc. Tu impa-  
tiens absorbē iniurias: improperia et c. degluti: in/  
dignationes in corde sibi: et opprime per patien-  
tiam et dic. Durum: sed leuius fit patientia quod  
corrigeret nefras: et sic renouabitur: ut aquile  
inuentus tua: extincto in corde talium serpentum  
veneno. **S**ed iam veniam ad capita sinistre **Aries**:  
capra: et camelo pardus sunt seculares. Corpus  
est propter animam: fructus: lane carni et c. sunt  
propter corpus: et fructus terre et animalium sunt  
lucra naturalia et ordinata: ideo homines aut  
quibus lucrabuntur naturaliter: et fuit necessaria  
permutatio: et cibis multiplicatis inuenta fuit  
pecunia. **M**etallum de se non valet: quia plus va-  
let formica quam omne aurum et lapides preciosi. **P**ec-  
cunia non debet lucrari: nec perdere: quia factus  
fuit numisma propter computationem: non pro/  
pter cambia in quibus sunt multe fraudes et lu-  
cri quod prouenit ex ipsis et si non temperat usura:  
**S**altem est turpe lucrum: quia non est a lege: nec  
a natura: ideo dicit Aristoteles in politice quod pro/  
pter prauitatem incepert facere usuram. **H**uius-  
politi-  
tie hominis quid sunt aliud quam esca: et rete diabo-  
li liberum arbitrium alliciens et illaqueans? **N**oc  
enim radicem habent in intellectu. **M**am volun-  
tas contendit: ubi yellem etius fictus est intellectus.  
**I**ntellectus vero cuius cognitio orum habet a  
sensu: illic plus figitur: ubi magis trahitur a sen-

**O**rati⁹  
Psal.

112.  
sinistre  
capita  
**Aries**

**Arist.** I  
polit.

## Sermo Nonus

Onis  
natura

Cape  
natura

Came/  
lo pdi  
natura

sibilibus. Et hinc est q̄ idem iāis mūium operat: quia plus circa transitua et sensibilia sunt est: q̄ circa diuina. Ideo tu: qui habes lucra naturalia: vel artificialia: vel mista: qui has super lucra contine: audi. Difficile est quo d non illaquearis. Ideo dividit vngulam. Alies sine quis que difficitur: stabulum propter lapuz: et crenos in calida regione habet caudam lauorez: significat bonos viros: qui dant se simplicitati: et charitatē habentes dilatatur in gratias etc. Lepra: que comedit in summitatibus arborum: et segregata vescitur: et mel tanq̄ venenum fugit: et si sagitta percussa fuerit: quādam herbam comedens sagittam excutit: significat illum: qui singularis est in lucris et pecunias intendit: et hoc facit propter bonum commune: et propter pauperes sustentados: et a sagitta malorum contractum: et melle male acquisitionis: herba confessionis liberatur. Camelopardus qui rapax animal est capiens leprores: et maculosum sunt multi. s. qui vivunt tā de possessionibus q̄ de mercaritis et usurpantes pupillas etc. maculis variantur peccatorum. Sed si per penitentiam eruit fructum et maculas: rediunt ad naturam camelorum et fiunt utiles portantes onera pauperibus subvenientes etc. Et sic ipsi cum ceteris saluabuntur in arca quousq; transferant ad mortem celestis patrie ad quam nos perducat qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Sermo decimus de vocatione: conuersione:  
et purificatione peccatorū introducen-  
dorum in arcā qui per animalia  
diuersi generis imunda: que  
in arcā i... d... e... u... rat significatur.

s. Tho.  
prima  
scđe. q.  
102 . 6.  
ad. I.

**E**animantibus vero immundis duo: et duo masculum et feminam et. Gen. 7. Distincta per Dei gratiam arca per quinque cenacula: et in parte superiore positis cōtēplatiis et. restat de animalibus immundis per tractare: que tanto difficiilius in arcas introducta fuere: quanto immundiora fuere. Dicta autem sunt immunda (ut in superiori sermone tetigimus) primo propter idololatriam: quia scilicet adorabantur aut sacrificabantur: secundo immunda dicuntur propter nutrimentum malum. Illam vngula integra significat multam terrestreitatem: et que habent plures divisiones: ut vrsi leones et. significant naturam adustam: et sicciam: ut canes: sic econuerso que ruminant: et vngulam scissam: habent nutrimentum digestionis bone. Unde sicut etiam per mundam boni: sic per immunda peccatores significantur. Proclariori itaque horum evidenter facio quatuor distinctiones ex ipsis et. Alia enim ruminant et habent vngulam diuisas et munda: alia ruminant et non habent vngulam diuisam et immunda sunt: alia non ruminant et habent vngulam diuisam et immunda sunt. Alia non ruminant et habent vngulam multiplicem: et immunda sunt: prima ut oves et boues: secunda ut camelii: tertia: ut porci: quarta: ut canes: et. Queritur quomodo immunda possint stare in arca. Respondetur per ea: que referuntur origina litter. x. capite actuum Apostolorum de centurio qui licet paganus esset: timebat tamen Deum cum tota donio sua: et multas eleemosinas faciebat plebi: et deprecabatur semper. Unde apparuit illi Angelus dominus: et ostendit quod orationes eius: et eleemosine accepte erant in conspectu Dei:

Act. 10



## Sermo Decimus

Petri  
klär  
visio

